

P A R Æ N E S I S  
A D H Æ R E T I C O S ,  
E T A L I O S  
E C C L E S I Æ H O S T E S .  
E T M A S T I G E S .

*Num. 5. Cap. 4. num. 7.*

A V C T O R E

IOANNE A CHOKIER  
*Ecclesiae Cathedralis Leodiensis Canonico, Ser. mi Episcopij  
Principis Leodiensis Vicario in Spiritualibus  
Generali, eiusdemque Confiliario.*

Contra omnium hostes pro salute communi una com-  
munis debet esse vigilantia, ne de alicuius membra vul-  
nere etiam alia possint membra corrupti. S. Leo Papa,  
Sermon. 5. de Ieiun. 10. Mens.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Apud IOANNEM KINKIVM Sub signo  
Monocerotis.

---

M. DC. XXXIII.



SERENISSIMO PRINCIPI  
FERDINANDO

DEI GRATIA ELECTO ET

confirmato Archiepiscopo Colonensi, Sacri Rom. Imperi per Italianam Archicancellario, & Principi Electori, Episcopo & Principi Leodiensi, Paderbornensi, & Monasterensi, Administratori Hildesimensi, Berthesgadensi, & Stabulensi, Comiti Palatino Rheni, utriusque Bauariae, Westphaliae, Angariae, & Bullonie Ducis, Marchioni Francimontensi, Comiti Lossensi, Longiensis, Hornensi, &c.

*V*M in Ditione vestra Leodiensi animaduerterem AVITÆ RELIGIONIS hostes non solum incautā plebeculam sinistris doctrinis, ac libellis conari peruertere, verum etiam magnis iuxta ac paruis, præsertim Ecclesiasticis insultare; Religiosos vero laceſſere, pestiferas suas doctrinas illis imputare, nobis etiam famosis scriptis detrahere; imò confictis falsisq; mandatis ( scelus profecto adusque hâc in Vrbe vestra, ne dicam Orbe, in auditum ) Celsitudini Vestra Ser. sic illudere, hanc mibi ( licet magna negotiorum mole grauato ) necessitatem imponebam duxi, ut sub acumen calami illa cōmiterem, quibus veluti repagulo, progressum pestifera

a ij hare-

# PARÆNESIS

AD HÆRETICOS;

ET ALIOS ECCLESIAE

HOSTES, ET MASTIGES.

IOHANNIS A CHOKIER

CANONICI, ET VICARII

GENERALIS LEODIENSIS,

## CAP. I.

*Religione nihil debere esse firmius & antiquius. Illam esse fundamen-*

*tum veræ politie, vel Ethnicorum sensu. Principes*

*Christians tueri illam quousque modo debet. Non ad illi-*

*tores pellendos & coercendos esse.*

IHIL est in rerum naturâ quod non varia-

tati mutationique, si à Religione discedamus,

obnoxium sit. Tempora, etates, Regna, Re-

publicæ, stationes suas, sedes, ac periodos &

tempus habent; habuerunt olim, & iam variaverunt: at Re-

ligio per canis est, immutabilis est, variationi non magis

quam Deus ipse subiecta: solius Dei Numen naturâ mu-

tionis expers est, tanquam increatus & semper existens.

A quo cum Religio ceu à fonte procedat, quis non videat

illam veluti immobilem columnam & firmamentum

omnis veritatis (vt Apostolus loquitur) estimandam esse? 2. Tim. 3.

imo veluti basim & fundamentum omnium Regnorum

suspiciendam? Sciatius Romanus supremum totius Orbis

A tribunal

**VIRGIDEMIA**  
**EX VIRGE T.O.**  
**SIVE**  
**MONACHOMACHIA**  
**SAMVELIS MARESH,**  
**TRIBVNI VAPVLARIS,**  
**collecta, & ad cum missa,**  
**A B**  
**ARSENIO HONORIO.**

**L**IBRVM tuum, Samuel Maresi, non exiguâ iniuria,  
 & dedecore affecisti, dum MONACHOMACHIAM in-  
 scripsisti, nimis anguste Elogio. Nam etsi cum Monachis,  
 aut potius cum Monachorum latuis, quas tu tibi fingis,  
 magno, & irrito conatu, decertas, & Vmbras, retuso, &  
 ignauo calamo, frustra diuerberas: ea tamen minima  
 pars est tui certaminis: cum vix quemquam, vix quid-  
 quam omittas, in quod non lymphatus irruas. Itaque  
 multo rectius, PANTOMACHIAM, vocasses: ac sic palam  
 te profiteretis PANTOMACHVM, ut pridem omnibus notus  
 es PANTOMIMVS, & Ludio. *Ministre BOEFFON.* Fingis,  
 te scribere aduersus Matthiam Hauzeur, & alios Mona-  
 chos: at vide, ( si tibi adhuc oculi in capite sunt, nam men-  
 tis oculos pridem amisisti ) & mecum recognosce, quam  
 multos, & quales, pet Monachorum latera petas. Agno-  
 ces profectò ( si quid nôsse potes ) te esse illum pilosum, ♂  
 hispidum Esau, Cuius manus contra OMNES. Genes. c. 16.  
 v. 12 & te longè supra Herculem conari, qui ne contra dños  
 quidem